



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 6. Fragmentum Varronis è Marcipore, quo tempestas eleganter
describitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Fragmentum Varronis è Marcipore, quo tempestas eleganter describitur. CAP. VI.

ATTEXAM etiam huic loco elegantem quandam descriptionem tempestatis, quæ versibus iambicis inclusa, apud eundem Grammaticum, è Varronis Marcipore legitur; sed diuisa. neque tamen quenquam puto infutiatum, eam à me rectè & verè coniunctam esse. est autem hæc:

*Nubes aequali frigido velo leues
Celi cauernas aureas subdixerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus.
Ventiq; frigido se ab axe eruperant
Phregetici, septem trionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, syrus.*

mutavi pauca quædam: tuò, ni fallor, sed tamen indicabuntur. *Aurea*, in vulgatis libris legitur, non, *aureas*: & *frigidus*, vbi scripsi, *frigido se*: &, *erumpebant*, non, *eruperant*. sed hoc posterius verum esse demonstrat carminis lex, & præterea orationis ipsius ἀνομοσία, propter illud, subdixerant.

Enniani versus ex Euripide expressi. notata Nonij inconstantia. CAP. VII.

CERNERE, ait Nonius, amittere. Varro γέροντος ἰδυστάλα. Non vides, apud Ennium esse scriptum, *ter sub armis malim vitam cernere, Quàm semel modo parere*: Sed falsam esse & ineptam illam eius verbi declarationem, ipsomet, qui eam attulit, teste peruincam. cum enim paulo post docuisset, cernere, non nunquam esse idem, quod dimicare, aut contendere: ei rei probanda hoc exemplum subiicit. Ennius Medea exule:

Nam

Ant. Mureti
Lectio
LIII
25